



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiæ Augustæ Scriptores VI**

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius  
Lampridius. Flavius Vopiscus

**Spartianus, Aelius**

**Lugduni Batavorum, 1671**

Gordianus Junior.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

## GORDIANUS JUNIOR.

17 **H**ic Gordiani senis proconsulis Africæ filius, qui cum patre & ab Afris & à senatu Augustus appellatus est, literis & moribus clarus fuit præter nobilitatem; quam, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniiis duxit. Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem <sup>1</sup> alii hoc esse dixerunt, quod *Africanus* Gordianus senior appellatus est cognomine Scipionum, quod domum Pompejanam in urbe habuit, quod Antoninorum cognomine semper est nuncupatus, <sup>2</sup> quod *Antoninum* filium suum ipse <sup>3</sup> significari voluit in senatu: <sup>4</sup> quæ singula videntur familias designare. Sed ego Junium Cordum sequor, qui dicit ex omnibus his familiis Gordianorum coaluisse nobilitatem. Idem igitur natus patri primus <sup>5</sup> ex Fabia Orestilla

Anto-

*sex.*] Ita continue legitur finis hujus libri & initium sequentis, in prima editione, imperaverunt anno uno, mensibus sex. Gordianus junior, hic Gordiani senis. titulum sane ab auctore non fuisse impositum liquet; cui propositum fuit, uno volumine tres Gordianos amplecti.

<sup>1</sup> *Alii hoc esse dixerunt.*] Pal. alii hoc esse desiderant. emenda: alii, hoc esse edisserant.

## GRUTERVS.

<sup>1</sup> *Alii hoc esse dixerunt.*] Fere ante habuerim scripturam Palatini, esse desiderant.

<sup>2</sup> *Quod Antonium filium.*] Ita edidit, volente Pal. & aliorum mss. editi prius, Antonini.

<sup>3</sup> *Significari voluit in Senatu.*] Habuimus supra c. iv. fine, posuisse nomen apud præfectum ararii. ergo non in Senatu, an legendum? in censuali. nam certe iterum totidem literis recurrit illud Senatu.

## CASAVBONVS.

<sup>2</sup> *Quod Antoninum filium suum ipse*

*significari voluit in senatu.*] Scripti libri, partim *Antoninum* hic habent, partim *Antonium*. & videtur hoc loco non aliter scripsisse Capitolinus. nam id agit, ut ostendat attigisse Gordianum plurimas è nobilissimis veterum Romanorum familiis, sive gentibus. in quibus gentem Antoniam fuisse, ignorat nemo. at cum Antoninis cognationem præcedentia verba demonstrant. illa autem *in senatu*, quæ & mox repetuntur, exposuimus antea hoc libro: sed dum attentius de sententia horum verborum, & eorum quæ mox sequuntur, cogito, oboritur suspicio, fortasse utroque loco scribendum esse, *in censu*, non *in senatu*: videtur enim *censum* appellasse, professionem liberorum à parentibus fieri solitam apud Aetia: quæ vera census species quædam fuit.

<sup>4</sup> *Quæ singula videntur familias designare.*] Scipionum in gente Cornelia, Pompejanam, Aureliam Antoninorum, & Antoniam.

<sup>5</sup> *Ex Fabia Orestilla Antonii pronepe.*] Scrib. Antonini.

i Anto

<sup>1</sup> Antonini pronepte, unde Cæsarum quoque familiam contingere videbatur. Et primis diebus sui natalis *Antoninus* est appellatus, Mox in senatu Antonini nomen est editum, vulgo deinde Gordianus haberi cœptus. In studiis gravissimæ opinionis fuit, forma conspici-<sup>18</sup> cuus, memoriæ singularis, bonitatis insignis, adeo ut semper in scholis si quis puerorum verberaretur, ille lacrimas non teneret. Sereno Sammonico, qui patri ejus amicissimus, sibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & charus usque adeo <sup>2</sup> ut omnes libros Sereni Sammonici patris sui, qui censebantur ad LX. & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad cælum tulit. Siquidem tantæ bibliothecæ copia & splendore donatus <sup>3</sup> in famam hominum literarum decore pervenit. Quæsturam Heliogabalo autore promeruit, idcirco quod luxurioso imperatori lascivia juvenis, non tamen luxuriosa neque infamis, prædicata est. Præturam Alexandro autore urbanam tenuit, in qua tantus jurisdictionis gratia fuit, ut statim consulatum quem pater sero acceperat mereretur. <sup>4</sup> Maximini seu ejusdem Alexandri, temporibus ad pro-

## G R V T E R V S

<sup>1</sup> Antonini pronepte. ] Pal. *Antonia*. vulgg. *Antonini*.

## S A L M A S I V S.

<sup>3</sup> In famam hominum litterarum decore pervenit. ] Hæc non sunt nauci. reponere ex prima editione & Palatino codice: *siquidem tantæ bibliothecæ copia & splendore donatus, in famam hominum, litterarum decore pervenit.*

## C A S A V B O N V S.

<sup>2</sup> Ut omnes libros Sereni Samonici patris sui, q. ] Duo fuerunt nomine & cognomine eodem Sereni Samonici: pater quem occidit Caracalla, ut narrat Spartianus in vita; filius Gordiani junioris præceptor, ut scribitur hoc loco. bibliotheca autem à patre fue-

rat congesta: quem etiam multa scripta edidisse auctor est Spartianus, & multi ejus meminerunt veteres scriptores. ejus est, opinor carmen de re medica, quod ad nos solum ex omnibus illius scriptis pervenit.

<sup>4</sup> Maximini seu ejusdem Alexandri temporibus, ad proconsulatum patris missus legatus est obsequutus. ] Juvabat sententiam non parum posita virgula post vocem *legatus*, cave autem male illa capias, *Maximini seu ejusdem Alexandri temporibus*. nam ridiculus sit Capitolinus, si de proconsulatu Gordiani senioris ita loqueretur: cum ex iis quæ ante dixit, certo illi constaret, Alexandri temporibus id accidisse. loquitur igitur de profectioe in Africam junioris Gordiani: qui quidem, ut ex hoc loco apparet, non est

proconsulatum patris missus legatus est obsequutus :  
 atque illic ea quæ superius dicta sunt, contigerunt.  
 19 Fuit vini cupidior, semper tamen undecunque condi-  
 ti, <sup>4</sup> nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio, cæteris-  
 que rebus quibus gula maxime delectatur. Cibi par-  
 cus, ita ut intra punctum temporis vel prandium, si  
 pranderet, vel cœnam finiret. Mulierum cupidissimus:  
 habuisse enim decretas sibi concubinas xx. & 11. fer-  
 tur. Ex quibus omnibus ternos & quaternos filios re-  
 liquit. <sup>3</sup> Appellatusque est *sui temporis Priamus*, quem  
 vulgo jocantes, <sup>4</sup> quod esset naturæ propensioris, *Priapum*  
 non Priamum sæpe vocitarunt. Vixit in deliciis,  
 in hortis, in balneis, in amœnissimis nemoribus. Nec  
 pater aspernatus est, sæpissime dicens illum quando-  
 que in summa claritate cito esse moriturum. <sup>5</sup> Nec ta-  
 men

una cum patre profectus : sed postea  
 à senatu aut imperatore in Africam  
 missus est, ut patri suo legatus esset,  
 extincto vel amoto priore Gordiani  
 patris legato.

## SALMASIUS.

1 Nunc rosa, nunc mastiche, nunc ab-  
 sinthio. ] Nunc rosæ, nunc mastice, nunc  
 absentii, ita vetus liber. absentium au-  
 tem & absentum scribebant. unde ab-  
 sentatum vinum alibi notabamus Græci  
 & ἄψινθος, Latini absentum etiam dix-  
 re. Apuleius de remediis salutaribus  
 in vetustissimis membranarum, quas pe-  
 nes me habeo : succorum saporumque  
 dicenda differentia est. sunt autem acres,  
 origani, nasturci, sinapis : amari vero, ab-  
 sentii, centauriæ : aquatiles, cucumeris,  
 cucurbitæ & lactucæ, &c. vide quæ su-  
 pra notavimus.

3 Quem vulgo jocantes quod esset na-  
 turæ propensioris, Priapum non Priamum  
 sæpe vocitarunt. ] Legebam aliquando,  
 quod esset naturæ protensioris. sed aliter  
 omnes libri, in quibus habetur ma-  
 gno consensu, quod esset natura propen-  
 sior. propensum autem eo significatu  
 capere videtur, quo Græcis ἰκταρὸς φησὶς

dicitur. natura igitur propensior, est  
 φύσιν ἰκταρὸς φησὶς.

## CASAUBONUS.

2 Appellatusque est *sui temporis Prid-  
 mus*.] Ob liberorum multitudinem  
 ex Homero notum & aliis poetis.

4 Quod esset naturæ propensioris.]  
 Membranæ, quod esset natura propensior.  
 non displiceat alioquin, naturæ pro-  
 tensioris. nam ita melius conveniat  
 appellatio Priapi.

## GRUTERUS.

4 Quod esset natura propensior.] Vul-  
 gati nihilo deterius, naturæ propensio-  
 ris. sed auctoritas mss. etiam Palati-  
 ni, adserit alteram lectionem suo  
 auctori.

## SALMASIUS.

5 Nec tamen in vita sua fortuna bonis  
 unquam degeneravit.] Hunc locum mi-  
 seris mirisque modis interpolavit  
 correctorum temeritas & audacia.  
 quantum sibi permiserint iudicio erit  
 verus scriptura, quæ in omnibus an-  
 tiquitus excusis, & scriptis ita conce-  
 pta est : vita sua nec tamen fortitudinem  
 bonis unquam degeneravit. corruptissima  
 hæc

men in vita sua fortunæ bonis unquam degeneravit,  
 1 semperque inter illustrissimos fuit, nec civibus nec  
 Reip. ad consultationem defuit. Denique etiam sena-  
 tus libentissime illum Augustum appellavit, atque in  
 eo spem publicam posuit. Vestitu cultissimus, servis  
 & omnibus suis charus. Cordus dixit uxorem eum  
 nunquam habere voluisse. Contra Dexippus putat ejus  
 filium esse GORDIANUM TERTIUM, 2 qui post hoc cum  
 Balbino & Pupieno, sive Maximo, puerulus adeptus  
 est imperium. Quum senior Gordianus mathemati- 20  
 cum aliquando confuleret de genitura hujus, respon-  
 disse ille dicitur, 3 hunc & filium imperatoris, & ipsum  
 imperatorem futurum. Et quum senior Gordianus  
 rideret,

hæc sunt, quis negat? non tamen ut  
 correctiora essent, fecerunt illi, qui  
 hoc tantum videntur præstitisse ut  
 vestigia abolerent, unde vera lectio  
 poterat crui. eam nos nisi fallimur,  
 longe minore licentia, sed feliciore  
 successu eruimus ad hunc modum  
 legendo: *vixit in deliciis, in hortu, in  
 balneis, in amœnissimis nemoribus: nec  
 pater aspernatus est, sæpiissime dicens illum  
 quandoque in summa claritate esse morituru-  
 rum: vita sua hæc tamen fortitudine à bo-  
 nis nunquam degeneravit, semperque inter  
 illustrissimos fuit.* sciunt qui in veteri-  
 bus libris evolvendis sunt versati, nec  
 pro hæc, & hæc pro nec vicissim ple-  
 rumque in iis scribi. ita hoc loco *vita  
 sua nec tamen, pro vita sua hæc tamen vi-  
 tiose scriptum fuerat.* sensus est igitur,  
 Gordianum quamvis in balneis,  
 in nemoribus, in amœnis hortis, &  
 omnibus deliciis semper vixerit, for-  
 titudinem tamen retinuisse, nec hac  
 vita sua molli delicataque ac luxurio-  
 sa, degenerasse à bonis fortitudine,  
 semperque inter illustrissimos fuisse.  
 legebam aliquando: *vita sua hæc tamen  
 fortitudinem animi nunquam degeneravit.  
 sic degenerare nomen Antonini supra, ubi  
 vulgati habebant degenerare. constan-  
 tiam & fortitudinem hujus junioris*

Gordiani, quamvis etiam alias luxu-  
 riosus esset, & lascivus, laudatum  
 supra memini verbis consulis cum ad  
 senatum referret de Gordianis Au-  
 gustis appellandis, & Maximino ho-  
 ste judicando: *Gordiani semis felicita-  
 tem atque prudentiam, juvenis virtutem  
 atque constantiam lati experiamur.*

1 Semperque inter illustrissimos fuit,  
 nec civibus nec Reip. ad consultationem de-  
 fuit.] Si Palatino libro credimus, ita  
 scripserit Capitolinus, semperque inter  
 illustrissimos fuit civis, nec reip. ad consul-  
 tationem defuit.

3 Hunc & filium imperatoris, &  
 ipsum imperatorem futurum.] Palatinus:  
 & patrem ipsum imperatorem futurum.  
 minus erit mendosum, immo emen-  
 datissimum, si legas: *hunc & filium im-  
 peratoris, & patrem, & ipsum imperato-  
 rem futurum.*

## CASAUBONUS.

2 Qui post hoc c.] Scripti, post hæc.  
 melius.

## GRUTERUS.

2 Qui post hoc cum Balbino.] Sic vulgg.  
 & Pal. alii scripti hæc. utrum præpo-  
 nam, dubito.

rideret, <sup>1</sup> ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse, ita ut probaret se vera dixisse. Qui quidem & seni & juveni, & diem & genus mortis, & loca quibus essent perituri, <sup>2</sup> obstinata constantiæ veritate prædixit. Quæ omnia postea Gordianus senior in Africa jam imperator & quando nihil timebat narrasse perhibetur: de morte quinetiam sua filiique, & de genere mortis dixisse. Cantabat præterea versus senex, <sup>3</sup> quum Gordianum filium vidisset, hoc sæpissime:

*Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra  
Esse sinent: nimium vobis Romana propago  
Visa potens, superi propria hac si dona fuissent.*

Extant dicta & soluta oratione & versibus Gordiani junioris, quæ hodie ab ejus affinibus frequentantur, non magna, non minima, sed media, & <sup>4</sup> quæ appareant esse hominis ingeniosi, sed luxuriantis & suum deferentis ingenium. Pomorum & olerum avidissimus fuit, in reliquo ciborum genere parcissimus: adeo ut semper pomorum aliquid recentium devoraret: frigidorum percupidus.

## CASAUBONUS.

<sup>1</sup> Ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse. ] Et aruspices, & mathematici sive Chaldæi, responsa sua dictabant, atque interdum, ut fidem prædictionibus suis facerent, auctoritates adscribebant de libris veterum ejus artis quam profiterentur magistrorum, ut hic Capitolini locus docet. Juvenalis in sexta,

— dictataque verba

*Pertulit, ut mos est, & aperta palluit  
agna.*

<sup>2</sup> Obstinata constantiæ varietate prædixit. ] Malim, obstinata constantia & veritate præd. vel simpliciter, obstinata constantia p.

## GRUTERUS.

<sup>5</sup> Frigidarum percupidus; nec facile per æstatem nisi frigidus, & quam pluri-

mum bibit. ] Repræsentavi lectionem Pal. nostri, nisi quod is adhuc haberet, quam plurimas. antea legebaturque; devoraret: frigidorum percupidus. Nec facile per æstatem nisi frigidus, & quam &c. non bene. loquitur enim auctor de potionibus, eaque dictio heic subintelligenda.

## SALMASIUS.

<sup>2</sup> Obstinata constantiæ veritate prædixit. ] Ita libri sine varietate. apud me tamen constat legendum: obstinata constantique veritate.

<sup>3</sup> Cum Gordianum filium vidisset. ] Vidisset positum pro videret.

<sup>4</sup> Et quæ appareant esse hominis ingeniosi. ] Et quæ appareat esse hominis ingeniosi, ita scribo jubente Palatino.

<sup>5</sup> Frigidorum percupidus. ] Palatinus, frigidarum percupidus. nec facile per æstatem nisi frigidus, & quam plurimas bibit:

bit: & erat corporis casti, quare magis ad frigidam urgebatur. cibi omnes qui non coquuntur, frigidi appellantur. frigidam autem cum vocat, subintelligendum est, mensam. frigida enim mensa dicebantur omnia id genus edulia quae cruda eduntur, ut poma, olera, ostrea, & similia. Plutarchus in Symposiacis quaestionibus: αἱ γὰρ καὶ λυμὲναι ψυχραὶ, ἀστέρον ὄσρέων, ἐρίων, ὀμῶν λαχάνων, ὡσπερ ἐλεῖν ὁ Πλάτων, ἀπ' ἑσθῆς ἐπὶ τῆμα μετὰ χθεῖσαι, τῶ πρώτῳ ἀντὶ τ' ἐσχάτης τῶν ἔχουσιν. haec sunt frigida, quarum percupidus hoc loco fuisse dicitur Gordianus. frigidarum multis locis apud hos auctores mentio habetur. in Maximino: quod satis constat, oleribus semper abstinet, à frigidis prope semper, nisi quum illi potandi necessitas esset. olera à frigidis distinguit & diversa facit. nec enim omnia olera cruda edebantur, sed quaedam etiam cocta, eaque sola non inter frigidas recenseri debent. Spartianus in Pescennio: addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane & frigidis vescerentur, appositis specularibus qui id curarent. ἀπυρον τσοφῶν Græci vocant. unde ἀερίον ἀπυρον Marci Catonis apud Plutarchum: ὃ ἢ τῶ πατρῷον αὐτὸ ἐργάται ὑπομῶν καὶ δεῖπνον ἀφελῆς καὶ ἀερίον ἀπυρον, καὶ λιτῶν ἐδῆται καὶ δημοτικῶν ἀσπασίμων & οἰκησίων. Suidas: ὃ δὲ παρ' ἡμετέροις τῶν Μακεδόνων τριῶν ἡμερῶν σίτου ἡρασιδὸν ἀερίον ἀπυρον, quae sint ἀπυρον σίτου, paulo post declarat his verbis, ἀπυρον τσοφῆν ἢ δι' ὀπώρας καὶ λαχάνων. scrupulum tamen injiciunt haec Spartiani verba: nec facile per astatem nisi frigidam & quamplurimas bibit. an cibi bibuntur? nisi corrigamus edit pro bibit, necesse erit existimare Capitolinum hoc in loco bibere pro edere usurpasse, ut Græci καὶ ἀπιεῖν. Pollux: καὶ ἀπιεῖν, ἢ δὴ δὲ τῶ ἔτιος καὶ ἐπὶ τσοφῆς λέγεται. quod ne cui mirum videatur, haurire etiam de pomis dixit Spartianus in Albino:

Gulosum Cordus qui talia persequitur in suis voluminibus fuisse dicit, & ita quidem ut pomorum tantum hauserit quantum humana ratio non patitur. sic melones haurire Plinius, ostrea haurire Aufonius dixit. puto tamen scribendum edit pro bibit. & verisimile est aliquem heic frigidam, de potionibus accipientem, vel aquis, ita mutasse.

Ib. Frigidorum percupidus. Nec facile per astatem.] Distingue: Frigidarum percupidus: nec facile per astatem nisi frigidam edit. frigidam autem heic ab oleribus & pomis distinguit. atque ita etiam Marcellus Empiricus: per quos dies abstinentium balneis & frigidis, & Venere & pomis omnibus, & oleribus & dulcibus univrsis. frigidam igitur de ostreis & echinis, & aliis ejusmodi magis proprie dicebant. Plutarchus: ψυχραὶ τῶ ἀπέζω καὶ λυμὲναι ἀστέρον ὄσρέων, ἐρίων, ὀμῶν λαχάνων ἀπ' ἑσθῆς ἐπὶ τῆμα μετὰ χθεῖσαι τῶ πρώτῳ ἀντὶ τ' ἐσχάτης τῶν ἔχουσιν. in antecœna enim sumebantur, ostrea, echini, pelorides, sphondyli, & similia. apud Macrobius lib. III. antecœna echinos, ostreas crudas, quantum vellet, peloridas, sphondylos, &c. lactuca tamen etiam in frigidis erat. Martialis noti sunt illi versiculi:

Claudere quae cœnas lactuca solebat avorum,

Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes? idem alio loco:

— adfertur protinus ingens Inter lactucas oxycarumque, liber.

Inter lactucas oxycarumque, liber. antecœnam intelligit. Plutarchus ψυχραὶ illas τῶ ἀπέζω ex crudis quoque oleribus facit constare, & per ὀμῶν λαχάνων lactucas intelligit. cum igitur olera Capitolinus & Marcellus à frigidis separant, de oleribus proprie sic dictis accipiendi sunt, & quae cocta eduntur. quod autem frigida illa mensa, quas vocabant, maxime ostreis constarent, frigidam de ostreis heic & in vita Maximini censo intelligendas, ubi dicit Maximinum ab oleribus semper abstinuisse, à frigidis prope semper, nisi cum illi potandi necessitas esset. nam ostrea

cupidus. <sup>1</sup> Nec facile per æstatem nisi frigida, & quam plurimum, bibit. <sup>2</sup> Et erat corporis vasti: <sup>3</sup> quare magis

potum provocant *Ἀπὸ τῆς ὑγρότητος τῶν ἐν αὐτοῖς ἀλυκῶν ἀλυκῶν γυμνῶν εἰς τὴν σαρξὶ ἔχον* scribit Galenus lib. III. *ὡς τῶν δυνάμεως.* crudæ autem edebantur vel hauriebantur potius ostrea: hinc inter frigidas mensas primum locum habere. Galenus: *ἀλλὰ τῶν (ἢ ἐψῆ) πάντων, τὰ δ' ὄστρεα καὶ χελύκις ἐψήσεως ἐδίδουσι.* erant & alia quam plurima quæ sub hoc frigidarum venirent nomen, eam ob rationem quod incocta apponerentur & esitarentur, faselii, lupini, fœnum Græcum, oliuæ & alia ejuscemodi multa, quæ in illis frigidis mensis & antecœniis locum habebant. Galenus lib. I. *ὡς τῶν δυνάμεως καὶ πῶς νεανίαιον οἶδα. καὶ τῶν Ἀλεξανδρείαν ἰατρικῶν τέχνην ἐξαποκρίνω καὶ ἐκείνην ἡμετέραν ὄψα χρωμῶν ἐπὶ τῶν πτωχῶν μόνον τῶν, τῆς λέγῃ καὶ φασηλοῖς καὶ ἄλλοις καὶ ἴερμοις. ἢ ψῆ δὲ ποτὶ καὶ τὸ ἐν τῷ Μίμφιδος ἐλαιῶν καὶ λαζάνων καὶ κερπῶν ὀλίγων ὅσοι χελύκις ἐψήσεως ἐδίδουσι.* hæc omnia frigidarum nomine censebantur: lupinos dico, faselios, fœnumgræcum, quæ ex aceto & garo & sale edebantur *ὡς τὸ ἄλλης τῶν φῶς,* ut scribit ibidem Galenus. eas frigidas tunc solebat tantum usurpare Maximinus, cum illi potandi necessitas incumberet. ratio non longe quærenda quæ in promptu est. frigidus porro generaliori vocabulo dixit Spartianus in Nigro Pescennio, quidquid non coctum esitari posset. Græci *ἀπυργῶν τῶν φῶν* appellant. quo nomine non tantum ostrea, sed etiam olera, quæ cruda esitantur & poma omnia veniunt. verba Spartiani hæc sunt: *addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane ac frigidis uterentur, apposisis speculatoribus*

qui id curarent. frigidus ibi vocat *τὰ ἀπυργῶν ὄψα,* & quidquid, ut edatur, ignis opera opus non habet. Polyænus de Scipione ad Numantiam, exercitus sui disciplinam corrigente, *ἐπέλασεν ὄστρεα ἀπυργῶν ὄψον.* sed de his alibi pluribus. at Capitolinus hoc loco frigidarum appellatione, nec poma etiam si sine igne edantur, nec olera comprehendit, nisi quæ cruda esitarentur. ceterum *frigidus ἀπυργῶν* dicunt Latini, cum subaudiendum sit *mensas.* sunt enim omnino quas Plutarchus loco in superioribus à nobis producto *ψυχρῶν τραπεζῶν* vocatas fuisse notat. multa enim sunt, & pæne infinita ejuscemodi quæ *ἐκλειπτικῶς* proferuntur, & genus sumunt ab his quibus conjuncta sunt. sic supra apud Spartianum notabamus in publicas referre, pro in publicas tabulas. sic *privatas curare,* pro res privatas. & *procurator private* qui & in antiqua inscriptione dicitur *ἐπιτροπῶν πρεσβύτης.* ita *frigidus* cum dicimus, referri debet ad *mensas.* si *frigida* quis dicendum putaret, tunc intelligendum esset, *edulia.*

## CASAUBONUS.

1 *Nec facile per æstatem, nisi frigida, & quam plurimum bibit.] Scribo, nisi frigida edit: quam plurimum bibit.*

## GRVTERVS.

3 *Quare magis ad frigidus urgebatur.] Sic rursus Palat. non, ut editi, frigidus, ut appareat non esse scribæ errorem: qua ratione enim ter peccet in eandem vocem?*

## SALMASIVS.

2 *Et erat corporis vasti: quare magis ad frigidus urgebatur.] Rationem hanc adfert, quare magis frigidus appeteret Gordianus, erat enim, inquit, corporis vasti. paulo infra dicit eum fuisse cor-*



gis ad frigida urgebatur. Hæc de Gordiano juniore digna memoratu comperimus: <sup>1</sup> non enim talia dicere volumus quæ Junius Cordus ridicule ac stulte composuit de voluptatibus domesticis cæterisque infimis rebus, quæ qui velit scire, ipsum legat Cordum, qui dicit & quos servos habuerit unusquisque principum, & quos amicos, <sup>2</sup> & quot penulas quotve chlamydes: <sup>3</sup> quorum etiam scientia nulli prodest. <sup>4</sup> *Siquidem ea debent in historia poni ab historiographis, quæ aut fugienda sint aut sequenda.* <sup>5</sup> Sane quidem quod apud Vul-

catium

se corporis obesi. qui abdomine laborant, ad aqualiculi propensionem compescendam, & adipem minuendum, consueverunt ut plurimum cibis uti, quos Græci medici *λεπιδωδεις* vocant, & qui imbecillissimæ materiæ sunt, minimumque alimenti præstant. talia sunt illa omnia quorum percupidus erat Gordianus, & quæ ob hanc rem maxime appetebat, olera nempe & poma, & frigida. frigidas autem heic interpretor ostreas crudas, quarum multus erat usus in illis mensis, quas frigidas vocabant. nam in ostreis, ut & in pomis & oleribus non multum inest alimenti, nec ad corpus faciendum magnopere adjuvant: ideoque illis maxime videntur apti & accommodati hujuscemodi cibi, qui multum jam corporis habent, ac metuunt ne in majorem & adipatiorem molem evadat. Cornelius Celsus lib. II. olera, poma, & conchylia in imbecillima materia numerat: *imbecillissima vero materiam esse omne olus, & quidquid in cauliculo nascitur, qualis est cucurbita, & cucumis, & capparitis: omnia poma, oleas, cochleas, itemque conchylia.* vide & Galenum in libris *επι τροφῶν διυρώμεως*. Plinius lib. XI. cap. LIV. *augeant corpora dulcibus atque pinguibus, & potu: minuuntur siccis & aridis, frigidisque ac siti.*

<sup>1</sup> Non enim nos talia dicere volumus. ] Hæc correctores effinxerunt

ex vestigiis veteris scripturæ contaminatissimæ, quæ ita habet: *non enim nobis talia dicentes mo quæ Junius Cordus ridicule ac stulte composuit. verum poterant non ita longe abire scribendo ad hunc modum: non enim nobis talia dicenda sunt quæ Junius Cordus, &c.*

<sup>2</sup> Et quot penulas, quotque chlamydes. ] Chlamydes heic vocat, lacernas. in vita Pertinacis: *tunicas, penulasque & lacernas.* in vita Alexandri: *usus est ipse chlamyde coccinea sæpe. paulo post lacernam appellat: hæc solum imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat.* Artemidorus βῆρογ χλαμύδα esse scribit. birrus autem & lacerna idem. sed hæc alibi.

<sup>3</sup> Quorum etiam scientia nulli prodest. ] Melius idem Palatinus: *quorum etiam scientia nulli rei prodest.*

CASAUBONUS.

<sup>5</sup> Sane quidem, quod apud V. ] Hæc ita exhibent membranæ: *Sane quidem, quod præmittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in literas misit. Gordianum sen. &c.*

GRUTERUS.

<sup>4</sup> Si quidem ea debent. ] Pal. debeant.

<sup>5</sup> Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum, qui sui temporis scripsit historiam, &c. ] Plurimum & heic sibi indulserunt librarii. nam habemus in Pal. *Sane, quod præmittendum esse non censui.*

catium Terentianum, qui sui temporis scripsit historiam, videtur mirabile, inferendum censui. Dicit enim Gordianum seniore Augusti vultum sic representasse, ' ut & vocem & morem & staturam ejusdem ostentare videretur: filium vero, Pompejo simillimum visum: quamvis Pompejus obesi corporis fuisse denegatur. Nepotem autem cujus etiam nunc videmus imagines, Scipionis Asiatici faciem retulisse. <sup>2</sup> quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi.

## GORDIANUS TERTIUS.

22 **P**ost mortem duorum Gordianorum, senatus trepidus & Maximinum vehementius timens, ex viginti viris quos ad Rem. tuendam delegerat, Pupienum sive Maximum <sup>1</sup> & Clodium Balbinum Augustos appellat-

*sui, quia mirabile visum est. Lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit. In literas misit; Gordianum seniore, &c. quæ totidem literis repetit etiam in membranis suis Casaubonus; nisi quod eadem habeant ad hunc vocem secundam: Sane quidem quod.*

SALMASIUS.

*5 Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum. ] Similiter hunc locum nobis scriptum exhibuerunt nostri libri, ut sui Casaubono, quorum si dem sequutus legenda & distinguenda hoc modo verba quæ sequuntur, existimo: sane, quod præmittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in literas misit, Gordianum seniore Augusti vultum sic representasse, &c.*

*1 Ut & vocem, & morem & staturam ejus ostentare videretur. ] Quid appellat morem, aut quomodo morem Augusti ostentavit Gordianus? quid veros iste facit ad vultus representationem? puto corrigendum esse:*

*ut & vocem, & os, & staturam ejus ostentare videretur. scriptum olim vitio videtur fuisse, ut & vocem, & mos & staturam: ex quo aliquis fecit, & morem, scribi etiam posset, oris honorem.*

*2 Quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi. ] Corruptissime legitur in Palatino: quod pro sui administratione. sequitur eodem tenore, eademque litterarum figura: Gordianus tertius, post mortem Gordianorum. non enim novus titulus, grandiore littera scriptus huic loco imponendus. vide quæ supra super hac re notavimus.*

CASAUBONUS.

*3 Et Clodium Balbinum A. ] Abest à Regio Clodium. ante diximus Cælium fuisse nominatum, non Clodium.*

GRUTERUS.

*3 Et Clodium Balbinum. ] Sic & Pal. supraque etiam sæpe Clodius dictus, non Cælius.*